



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 30. Austriæ Superioris Emigrantum calumniæ pariter confutatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](#)

conventiculis libros fuisse ablatos illos Sæc. XVIII.  
autem libros, qui clam fuerunt com- A. C. 1735.  
busti, fuisse ab eis vel sponte oblatos,  
vel a Catholicis coemptas, nil autem  
magis mirum esse, quam quod Prote-  
stantes ad miracula confugiant, com-  
miniscentes, quod libri pestiferi in igne  
illæsi remanerint, & quia nullo pacto  
comburi potuerunt, eos in frusta dis-  
cerpi, necesse fuerit; Ast ad extir-  
pandos hosce libros plane nec miracu-  
lo nec mendacio opus fuisse: III. Mu-  
lierem triginta plagis ob Religionem  
fuisse castigatam, omnino ignorari.  
IV. Confictum esse, quod uxores car-  
ceri datae, & impuberes infantes re-  
tent & ad fidem Catholicam coacti  
fuerint, quippe uxores ultro & cum  
tanta festinatione in Transylvaniam  
mitti petierunt, ut interim impuberes  
proles apud Tutores educari efflagita-  
rent; quod autem infantes, qui *nec*  
*velle nec nolle*, habent, in Catholica fi-  
de edacentur, id Provinciæ conditio  
exigat, quia ibi dudum ante annum  
decretorum præter Catholicam nulla  
alia Religio fuit tolerata.

### §. XXX.

*Austriæ superioris Emigrantium ca-  
lumniæ pariter confutatæ.*

*Hist. Eccles. Tom. LXXV. M Haud*

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

Haud minori petulantia Salinan  
Operarii supra Anisum habitan  
ad Corpus Evangelicorum seu pot  
ad Protestantium Principum Leg  
Ratisbonenses ex Parochia Goyseri  
quosdam die vigesima sexta Febr  
ablegarunt, unacum epistola, in  
se ob Religionem maximis calamiti  
bus affligi mentiebantur. Hujus e  
epistolæ extractum Carolus Baro  
Palm Austriaco-Burgundicus Diu  
rialis Legatus ad Comitem de  
heim hujus Provinciæ Præfectu  
quinta Aprilis transmisit, ut in  
ritatem inquireret, oppressionem,  
effet, tolleret, vel si falsa fuissent expo  
referret, ut quicquid ab hisce trans  
relatum, ne speciem quidem veri  
habere, Protestantibus ostendi po  
Perlesto hoc excerpto Præfectus  
crassa non minus ac proterva me  
cia ab hisce fidei desertoribus fuisse  
cogitata eo magis mirabatur, quo  
nignius jam ante quatuor Menses  
perator illis privatum ac domesticum  
fectæ suæ exercitum connivendo  
dulserat: Hac tamen gratia, per  
bebat Præfectus, haud contenti hi  
tinaces, insuperhabito Cæsaris manu  
to ac interdicto publica conventio  
habere, atque in eis vetitos libros  
gere, & nescio quas preces decan



re præsumperunt; & quamvis petulan- Sæc. XVIII.  
tiores tanquam Cæsarei mandati con- A. C. 1735.  
temptores custodiæ dati fuissent, cete-  
ri tamen palam convenire, & sine fron-  
te declarare non abhorruerunt, frustra  
sibi hæc conventicula prohiberi, sed  
eis vel publicum Religionis exercitium,  
vel ad exteris Protestantum Regiones  
emigrandi copiam esse dandam. Sæpius  
Cæsari fuisse propositum, ajebat Præfec-  
tus, an non foret consultum, ut saltem ma-  
gis obstinati, ac malitiosi in Transylvaniam  
compensatis eorum bonis, mitteren-  
tur, aut innupti de conventiculis, & ce-  
terorum Catholicorum seduptione, Cæ-  
sarei mandati contemptu, ac de carnis  
vitio, quod inter hosce apostatas ve-  
lut Religionis suæ teffera frequentissi-  
mum ac ferme commune est, convic-  
ti, in militiam nomina dare, juberentur:  
Cum autem ad hoc nondum Cæ-  
sareæ Commissionis declaratio fuisse  
facta, hos in sua pertinacia obfirmatos  
perstisse, referebat Præfectus, qui  
eorum mendacia Ratisbonæ exposita  
refellere aggressus, præcipue falsissi-  
mum esse comprobabat. I. Quod in  
infantium suorum Baptismate eis non  
concedantur Patrini. II. Quod ex hæ-  
reditate illorum, qui in Transylvaniam  
emigrarunt, tributum fuerit exactum;  
ad primum enim respondit, nullum  
circa Patrinos a Cæsare interdictum  
M 2    fuisse



**Sæc. XVIII.** fuisse factum , Episcopum vero Palli  
**A.C. 1735.** viensem duntaxat præcepisse , ut Patr  
 norum Lutheranorum nomina Bapti  
 mali libro non inscriberentur , sed ta  
 tum *ut testes* admitterentur , & æditi  
 Patrinorum loco responderet , ejusq  
 nomen præfato insereretur libro : al  
 ram vero criminacionem diluit , osta  
 dendo , quod Imperator his emigran  
 bus ad eorum petitionem transitus pa  
 stationem clementissime remiserit ,  
 autem fors ( quod tamen ignorat )  
 Wildensteinensis Prætor eam exegi  
 immerito Lutherani quererentur , q  
 jure omnibus communi ex migratione  
 subditorum ejusmodi præstatio Pris  
 pi debetur &c.

### §. XXXI.

#### *Continuati Corforum tumultus*

**I**nsuperhabita conventione anno pri  
 cum Genuensibus , sponsore ipso Ca  
 fare inita Corsi hoc anno rebellione  
 flamas latius foediusque propage  
 runt ; præprimis ergo ductoribus Gni  
 sto & Petro de Ornano Vescovati mu  
 menta , ex quibus nuper deturbo  
 erant , rursus occuparunt , totamq  
 Bolognæ Provinciam suis armis subje  
 cerunt : Nec in his auspiciis stetit Cor  
 forum

